Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

abyssi et ego iam con
cepta eram: nec dum
fontes aquarum eruperant
nec dum montes gra
uitate constituti erant.
Ante colles ego parturiebar. Adhuc terram
non fecerat et flumina:
et cardines orbis terre.
Quando preparabat celos ad
eram: quando certa le
ge et gyro vallabat abyssos: quando etherea firmabat sursum et libra
bat fontes aquarum:
quando circumdabat mare
terminum suum et legem
ponebat aquis ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terre cum eo eram
cuncta componens: et de
lectabar per singulos
dies ludens coram eo
omni tempore: ludens in orbe terrarum: et deliciae meae
esse cum filijs hominum.

Nunc ergo filij audite
me. Beati qui custodi
unt vias meas. Audi
te disciplinam et estote
sapientes et nolite abi
cere eam. Beatus homo qui
audit me et qui vigi
lat ad foores meas cotidie et obseruat ad
postes ostij mei. Qui
me inuenerit inueniet
vitam et hauriet salu
tem a domino. Initium sancti
euangelij secundum matheum

Liber generationis
ihu xpi filij da
uid filij abraham.
Abraham genuit ysaac.
ysaac autem genuit iacob.
Iacob autem genuit iudam
et fratres eius. Iudas autem
genuit phares et zara
de thamar. Phares autem
genuit esrom. Esrom
autem genuit aram. Aram
autem genuit aminadab:
aminadab autem genuit